



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones à Clemente X. & Innocentio XI. editas

Luxemburgi, 1739

CXXVIII. Executio Brevis Clem. X. circa Oblatores Tertii Ord. S. Franc.
Congreg. Gallicanæ Provinciæ Lugdun.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74708)

tiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, iudicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus literis nostris præferentis, aliisque Ordinationibus, & Constitutionibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in eisdem literis concessimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XX. April. MDCLXXXIV., Pontificatus nostri Anno Octavo.

CXXVIII.

Statuitur, ut in Provincia Lugdunensi Fratrum Congregationis Gallicanæ Tertii Ordinis Sancti Francisci executioni mandetur Breve Clementis X. circa Fratres Oblatos, sive Servientes.

De hisce Oblatorum Indultis vide Clem. X. Constit. ed. 1672., Maji 12., Pont. III. Et hujus Pontificis Const. ed. 1681., Augusti 17., Pont. V. De Constitutionibus vero vid. Const. ed. 1688., Martii 13., Pont. XIII.

Dat. 20. Maji 1684. An. 8.

I N N O C E N T I U S P A P A X I .

Ad futuram rei memoriam.

Species facti.

Dudum fel. rec. Clemens PP. X. prædecessor noster supplicationibus tunc existentium Superiorum Congregationis Gallicanæ Fratrum Tertii Ordinis Sancti Francisci nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus circa Fratres Oblatos, seu Servientes, ac Fratres laicos dictæ Congregationis nonnulla concessit, & statuit, prout continetur in ipsius Clementis prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis expeditis, tenoris, qui sequitur videlicet. *Clemens Papa X. Ad perpetuam rei memoriam. Injuncti Nobis. (Reliqua vide supra laudato loco).* Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 12. Maji 1672., Pontificatus nostri Anno Tertio.

Literæ Clem. X., quibus extenduntur Indulta ab Urb. VIII. Oblatis tunc existentibus concessa ad quoscumque alios etiam futuros.

Causa Statuti.

§. 1. Cum autem sicut dilecti filii Nicolaus Lugdunensis Provincialis, alique Superiores, & Fratres Provinciæ Sancti Ludovici, seu Lugdunen. præfate Congregationis Gallicanæ Nobis nuper exponi fecerunt, præferentiarum executio in eadem Provincia hæcenus suspensa fuerit, quia perpauci in ea reperiebantur Fratres Oblati, seu Servientes, qui haberent condiciones requisitas, ad hoc, ut ad statum Fratrum laicorum admitterentur, qui vero eas habebant, suo statu contenti, in eoque permanere velle videbantur; verum modo Fratres Oblati, seu Servientes dictæ Provinciæ hujusmodi sint iniqui, & ad statum Fratrum laicorum præfatorum admitti plurimum desiderant. Nobis propterea dicti Exponentes de eorumdem Fratrum Oblatorum, seu Servientium quiete solliciti humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

Præces Provinciæ Lugdunensis.

§. 2. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum præmissorum dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore

cententes, hujusmodi supplicationibus inclinari, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui dilectum filium Ministrum Generalem Ordinis præfati audiverunt, consilio, præsertim Clementis prædecessoris literas, tametsi earum executio suspensa fuerit, ut præfertur, nihilominus deinceps in supradicta Provincia Sancti Ludovici, seu Lugdunen. executioni mandari, ac perpetuis futuris temporibus in omnibus, & per omnia posse, & debere, auctoritate Apostolica tenore præsentium, statuimus, & ordinamus.

§. 3. Decernentes eandem præsentem literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinerè, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari: Sicque, in præmissis per quoscumque iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam Casarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in præmissis Clementis prædecessoris literis concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XX. Maji MDCLXXXIV. Pontificatus nostri Anno Octavo.

Confirmatur statutum Capituli Provincialis Fratrum Tertii Ordinis Sancti Francisci in Gallia de regula servanda in morte Provincialis, & vacatione Diffinitoriatus.

Hujus Tertii Ordinis Regulam confirmavit, & approbavit Leo X. Constit. Inter cætera 42. Tom. 1. & ibi vide, quæ notantur.

I N N O C E N T I U S P A P A X I .

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Benedictus Parisinus Frater expresse professus, ac Procurator Provinciæ Franciæ seu S. Francisci Tertii Ordinis ejusdem Sancti Francisci strictioris Observantiæ in Gallia, quod cum in statutis, seu Constitutionibus dicti Ordinis a Sede Apostolica approbatis non fuisset sufficienter provisum in eventum, quo mors Ministri Provincialis, ac mors pariter, seu vacatio Diffinitoris Provinciæ hujusmodi, antequam sua respective officia explevisset, accideret; ideo ad tollenda qualibet inconvenientia, quæ exinde oriri possent, propositum fuit, & a toto Capitulo Provinciæ præfate unanimi consensu receptum, & admissum statutum tenoris, qui sequitur videlicet:

§. 1. Si Provinciale Ministerium in officio suo morti contigerit, Guardianus Conventus, in quo vel proprii loci ubi obierit, & Secretarius Defuncti scripturas quascumque ad Provinciam & ejus, sive totius Ordinis negotia, & interesse quovis modo spectantes, illas non legendo minoribus Provinciæ, & Conventus sigillis bene munitas ad Provinciale ultimo absolutum, vel eo deficiente ad antiquiorem in Religione Patrem, qui Provincialatus, vel eo deficiente, qui Vicariatus Provinciæ, vel utriusque defectu qui Diffinitoriatus officium sanctus fuerit una cum Sigillis Provinciæ deferant, & consignent. Prædicta autem qui receperit, statim Ministrum Generalem de tali obitu admonebit, qui si intra trium dierum itinerationis spatium consistat, con-

fulendus

Statutum exequendi relatas Clementis literas in dicta Provincia.

Clausula.

CXXIX.

Dat. 12. Junii 1684. An. 8.

Causa Statuti.

Statutum.

Quid agendum in morte Provincialis.